Quelle: http://manuscripta.at/?ID=508
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

91

inpat tamquam falsus testis
dei et sacrilegus habeat et po. iii q.
7 Si quis Ysidorus
Si is qui prest fecerit aut cui
quam quod a domino prohibitum est facere
iusserit vel quod preceptum est preteri-
erit prestare mandavit secundum pauli
apostoli sententiam in generanda est. dicens
Etiam si nos aut angelus de celo
evangelisaverit vobis preter quam quod
vobis evangelisavimus anathema
sit habetur iii q. 7 Si is qui
Gregorius
Cum tanto sint graviora peccata
quanto diutius infelicem animam deti-
net alligatam Neo sane mentis
dubitat natali unum et divino cuius
transgressio periculum saluti inducit
quamvis consuetudine que dicenda est
in hac parte verius corruptela pos-
sit aliquatenus derogari licet enim
longeve consuetudinis non sit le-
vis auctoritas non tamen est usque a deo
valitura ut vel iuri positivo debeat
preiudicium generare ex. de consue-
tudine c. ultimo
Augustinus
Quis nesciat sanctam scripturam ca-
nonicam tam veteris quam novi
testamenti certis suis terminis contineri
eamque posterioribus omnium episcoporum literis
ita preponi ut de illa omnino dubitari
et disceptari non possit utrum verum
vel utrum sit quidquid in ea scriptum
constiterit esse episcoporum aut literas que
post confirmatum canonem vel scripte
sunt vel scribuntur et per sermonem forte
sapientiorem cuiuslibet in ea reperi-
torem et aliorum episcoporum graviorem
auctoritatem doctioremque prudentiam
et per concilia licere reprehendi si
quid in eis forte a veritate de-

viatum est De unico bap. libro
4o et habetur d. ii Quis nesciat
Augustinus
Noli meis literis quasi canonicis scriptu-
ris inservire Nam in illis veteris
et novi testamenti literis que non cre-
debas cum inveneris incunctanter
credes In istis autem quod certum esse non
habebas nisi certum intellexeris no-
li firmiter tenere In prologo libri
de trinitate et ponitur ii d. Noli
Ciprianus
Consuetudo que apud quosdam
irrepserat impedire non debet quo
minus veritas prevaleat et vincat Nam
consuetudo sine veritate vetus-
tas erroris est propter quod relicto errore
sequamur veritatem Et infra Ign-
osci potest simpliciter erranti sicut de seipso
dicit beatus paulus apostolus qui primo fuit
blasphemus et persecutor et iniurio-
sus Sed misericordiam merui quia ignoranter
ras feci. post inspirationem vero et
revelationem facta qui in eo quod
erravit perseverat prudens et sciens
iam non invenia veniam ignorantie pec-
cat presumptione enim et obstinatione
quadam victus cum ratione superetur Et in-
fra Si solus christus audiendus est
non debemus attendere quid aliquid ante
nos faciendum putavit Sed quid
qui ante nos omnes est christus fecerit.
Neque enim hominis consuetudinem sequi
oportet sed dei veritatem Cum per ysaiam
prophetam loquatur deus et dicat Sine
causa colunt me mandata et doct-
rinas hominum docentes et scientes et
ponitur d. 8 Consuetudo
Nicolaus papa
Mala consuetudo non minus quam
perniciosa corruptela vitanda est
Que nisi citius radicitus evellatur